

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius, SS.
Theol. D. P. P. & Superint. Ad Exequias, Quae Matronae Primariae Christinae
Cothmanniae, Viri ... Dn. Petri Wasmundt, I.U.D. ... Relicta Viduae Hodie hora
prima in templo Mariano parabuntnr, Omnes omnium ordinum Cives Academicos
sedulo & officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743539X>

Druck Freier  Zugang



Mauritius, C.,
in C. Cothmann,
uxor. P. Wasmundt.

R. 1656.

39



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743539X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743539X/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn77743539X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn77743539X/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
Quo
RECTOR UNIVERSITATIS
ROSTOCHIENSIS
CASPARUS MAVRITIUS,
ss. Theol. D. P. P. & Superint.
Ad Exequias,
Quæ
Matronæ Primaria
**CHRISTINÆ COTH-
MANNIÆ,**



viri Amplissimi, Consultissimi & Excellentissimi
DN. PETRI WASMVNDT, J. U. D.
& P. P. atq; Illustriss. Ducis Mecklenburgici

Consiliarii

p: m.

Relictæ Vidua

Hodie hora prima in templo Mariano
parabuntur,

Omnes omnium ordinum Cives Academi-
cos sedulo & officiosè invitat.

46 (o) 90



ROSTOCHII, Typis Heredum NICOLAI KILII
Acad. Typogr. Anno 1656.

39.

55

Vita nostra, Apostolo teste, abscondita est cum Christo in DEO. Postquam autem Christus, vita nostra manifestus factus fuerit, tunc nos cum eo pateficius gloriosus. Vita piorum in hoc seculo similis est vita Jesuli nostri, qui cum Filius Dei esset, humilis servi assumit formam & crucem execrabilem gestavit. De humilitate praesentia testantur tempora. Adorant Magi lactentem puerum in tugurio vili, in vilibus pannis. Hoc miratus Bernhardus Magos sic alloquitur : Ergone Deus est iste? Deus quidem in templo sancto suo, in celo sedes ejus, & voceum queritis in vilis stabulo & in matris gremio? Ubi aula regia? ubi thronus? ubi curia regalis frequentia? Nunquid aula est stabulum? thronus praesepium? curia frequentia Joseph & Maria? Quomodo ita insipientes facti sunt viri sapientes ut adorent parvulum despicabilem tam sua etate quam paupertate suorum? Non ne timendum erat, fratres, ne scandalizarentur viri isti & illusos se crederent cum tanta indigna viderent? Are-gia civitate, ubi regem querendum conjectabant, ad Bethlehem villam parvulum diriguntur. Ingregiuntur stabulum, inveniunt involutum pannis infantulum. Non illis sorbet stabulum, non pannis offenduntur, non scandalizantur lactantis infantia, procidunt, & venerantur Regem, adorant ut Deum, sed profecto qui illos adduxit, ipse & instruxit: & qui per stellam foris admonuit, ipse & in occulto cordis edocuit. Habetis apparitionem Christi, sed humilem, quam excipiet apparitus, sed „illustris & maximè

maxime splendida. Interim vivit in nobis Christus
& vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Hic
verbis tantum non clamat Apostolus (Gregorii Nysseni
haec sunt verba) nullam in se affectionem humanam vi-
vere, non fastum, non timiditatem, non voluptatem, non
dolorem, non iram, non metum, non audaciam, non inju-
riarum memoriam, non invidiam, non vindicta, avari-
tia, honoris aut gloria cupidinem; sed his omnibus abra-
sis, solus Christus nobis supereft, qui nihil est horum, qui est
ipsa sanctificatio. Et puritas, et immortalitas, et lumen et
veritas, qui pascitur inter lilia in splendoribus sanctorum.
O terq; quaterque beatum, qui satanæ vivere desiit, &
summo studio virtute Sancti Spiritus in id enititur, ut
in ipso vivat Christus! Quanquam enim mundus non
videat splendorem gratiarum, quem possident Deo de-
ditæ animæ, & divitias gloriae, quas expectant, futu-
rum tamen est, ut cum Christus piorum vita mani-
festus factus fuerit, tunc & ipsi cum eo patefiant glo-
riosi. In secundo adventu apparitus est Christus et Uni-
versis se offeret Deus cum gloria et angelorum comita-
tu adventans, tunc demum et ipsi patebitis. Illum igit-
tur querite, non praesentem hunc diem. In eo esse qui vi-
tam omni studio admirari, tunc enim vestra, qua vera
est vita, palam fiet. Præsens namque vita mors est, quia ef-
fluxus refluxusque constat corruptione. Nolite in hoc seculo vel
gloriam vel honorem efflagitare cum in caelo nostra omnis
sit futura gloria. Latet enim et margarita quamdiu
cochlea occultatur, illa refracta proprium virtutis emittit
fulgorem. Et nos item quamdiu corruptibili hoc corpo-

est immorandum, debemus ut latitantes nihil gloria qua-
rere. At ubi corruptile hoc dissolvetur, tunc Gloria ipsa,
si pro rebus gestis digni hac fuerimus, consequetur. Hæc
graviter ex Chrysostomo ad locum Paulinum com-
mentatur Theophylactus. Sed & Augustini pia in
hunc locum meditatio digna, quæ hie legentium oculis &
animitis subjiciatur atq; insigatur. Hiems tem-
pore, inquit, etiam viridis arbor arida similis est: venit
astas, & viva radix folia producit & impletur fructibus.
Sic hiems nostra Christi occultatio est, astas nostra Christi
revelatio: mortui enim estis & vita vestra abscondita est
cum Christo in Deo. Certè mortui sed mortui specie, vivi
radice. Attende autem venturum tempus astatis, quo-
modo sequatur & dicat: cum autem Christus apparuerit
vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Ad
hanc beatæ immortalitatis gloriam erecta est Matro-
na primaria CHRISTINA COTHMANNIA, cui ho-
die exeqviæ funebres parantur. Orcū suum p. d. traxit
ex celebri Westphaliæ civitate Lemgovia, Patre nata
Viro Amplissimo Dn. DIETERICO COTHMAN-
NO, Reip. Lemgoiensis Consule optimè merito,
cujus Majores Patria & Consulari dignitate à tre-
centis annis floruerunt: Matre AGNETA von der
Lippen/ Dn. BERNHARDI von der Lippen, Illustris
Comitis Lipp. Cancellarii gravissimi Filia. Post obi-
tum dilecti Patris Frater ejus maximus natu Vir Ma-
gnificus Nobilissimus & Excellentissimus Dn. ER-
NESTUS COTHMANNUS, Jctus, Academiæ
hujus Professor Inclitus & Illustriss. ac Celsiss. Ducis
Mega-

Megapol. Cancellarius longè meritissimus p. m. in
patriam proficisciens eam secum in redditu ad nos de-
duxit, & eam domi in tenella aetate non ut sororem,
sed ut filiam habuit, adamavit, educavit. Omnibus
illum sexum decorantibus Virtutibus ornatam am-
biuit Vir Amplissimus & Excellentissimus Dn. P E-
TRUS WASMUNDT, Illustriss. & Celsiss. Ducis
Megapolitani Consiliarius, ac Professor Codicis Or-
dinarius, Vir de hac Academia benemeritus, cui An-
no M DC XV. nupsit. Constante matrimonio octo
liberorum Mater facta quinque masculini, trium fœ-
minini sexus, ERNESTI DIETERICI, JOHAN-
NIS FRIDERICI, JOACHIMI HENRICI, & AL-
BERTI THOMÆ, CATHARINÆ, AGNETÆ &
ELISABETHÆ, tres reliquit superstites Ernestum
Dietericum, Illustriss. Principis Megapol. Secreta-
rium, Joachimum Henricum & Albertum Thomam.
Anno M. DC. XXXII. IV. Jul. mortalium rebus
beata morte exemptus Dn. Maritus est. Ex eotem-
pore ad secunda vota transire moluit, sed in viduita-
te permansit, & alterius Fratris jam præsentis Viri
Magnifici Nobilissimi & Amplissimi Dn. JOHAN-
NIS GOTTMANNI, Jcti excellentissimi, Sacr.
Lateranensi, Palatii aulaq; Casareæ & Imperialis
Consistorii Comitis atq; Sereniss. Ducis Megapoliti-
tani ultra triginta sex annos Consiliarii & Canella-
rii eminentissimi Consilio & auxilio verè Paterno
suffulta est. Ante aliquot septimanias morbo corre-
pta decumbere cœpit. Divinæ Voluntati patienter

A 3

se sub-

se submisit & omnibus, à qvibus læsa erat, ex ani-
mo ignovit. XXVII. Decemb. sacra synaxi admi-
nistrante Viro Admodum Reverendo & Excellen-
tissimo Dn. D. Johanne Qvistorpio P. P. & Pst. Ja-
cob. celebrissimo, Dn. Collega & in Christo Fratre
conjunctissimo, Christiana devotione usa, II. Jan. cir-
ca horam VII. piè & placidè obdormivit. Freqventia
nobis, Cives Academicj, funera repræsentavit annus
elapsus: novus eademi densare pergit. Qvorsum
hæc spectacula? ut mature resipiscamus & Christo
vivere omni rupta mora incipiamus. Servator apud
Lucam XIII. 7. Ecce, inquit, tres anni sunt, ex quo ve-
ri quarens fructum in fico non inveni. Qvinam sunt
illi tres anni? tres hominum ætates, pueritia, ju-
ventus, senecta. Singulæ fructus tulere Servatori
displacentes. Interim toto die expandit manus suas
ad nos, stat ad ostium cordis nostri & suo Spiritu pul-
sat. Cœterum pleriq; surdi & altissimo somno se-
pulti emendationem vitæ de die in diem differunt,
nec cogitant, qvanto magis ea negligitur & compe-
renduntur, tanto majoribus eam difficultatibus im-
plicari. Debita indies aucta postea difficilimè solvun-
tut: & qvo plas sunt potæ, plus sicutiuntur aquæ. Si
beneficii ad corpus nostrum spectantis bona copia
offertur, nullam rei benè gerenda occasionem è ma-
nibus elabi patiuntur: in solo negotio salutis cunctan-
tur, & qvisq; sibi hic Nestoreos annos vanissima spe
fingit. Sed audiamus Augustinum: Tu, qvando
vocaris, veni. Paterfamilias tibi qvidem etiam undeci-
ma

ma venienti denarium promisit. sed utrum vivas usq; ad
septimam, nemo tibi promisit. Quare ergo differt audi-
re vocantem te, certus de incedere, incertus de die? Vide,
ne forte, quod tibi ille daturus est promittendo, tu tibi aufer-
ras differendo. Idem alibi: Ne de misericordia Domini
tantum securi existimemus, ut peccatis peccata augea-
mus, neq; dicamus, donec viget alas nostra, cornis concu-
piscentias exerceamus, Et postremo in senectute malorum
nostrorum penitentiam agamus. pius enim est Dominus,
nec ultra facinorum nostrorum recordabitur. Ne qua-
so taliter cogitemus, quia summa est stultitia huc cogitare;
cum Empium sit, talam licentiam a Deo postulare quem-
piam velle, cuius initium est nos separare a Deo: ideo, in-
quam, talia ne cogitemus, cum nesciamus, qua die mori-
turi sumus. Nemo enim novit diem exitus sui. Non
omnes in senectute moriuntur, sed in diversis statibus de-
hoc mundo migrant. Et in quibus actibus unusquisque ho-
mo inventus fuerit, in eisdem judicabitur; quando anima
exierit de corpore. Ideo festinemus ad penitentiam con-
verti. Semper ante oculos nostros versetur ultimus dies:
Cum diluculo surrexerimus, ne ad vesperam confi-
damus nos per venire: Cum in lectulo membra deposueri-
mus, de lucis ne confidamus adventus: sic et facilime poten-
rimus corpus nostrum a vitiis et concupiscentiis refræna-
re. Corvi vox est CRAS CRAS & Pharaonis
Exod. IIX. 10. Illælitæ olim agnum Paschalem festi-
nentes atq; ad iter accincti edebant, eumq; totum,
nihil inde crastino diei relinquentes: sic & nos in re-

gnos

regno Satanæ non torpeamus , sed summa festi-
nantia illud relinqvamus, nec in crastinum rem reji-
ciamus, sed properemus ad mare rubrum , & virtu-
te sanguinis Christi mundi hujus mare transeuntes
ad cœlestia regna terramq; promissam alaci & in-
defesso studio contendamus. Hæc ex occasione no-
vi anni, qvem denuo divina indulxit patientia, mo-
nenda duximus. Cæterum à Vobis, omnium ordi-
num Cives Academici , studiosè contendimus, ut
hodie in honorem defunctorum & superstitionis, Vi-
rrorum de hac Academia totaq; Provincia longè
meritissimorum, totiusq; familiæ C O T H M A N-
N I A N Æ ad funeris deductionem freqventes con-
veniat, & D E O ter Opt. Max. utramq; Rempubl.
vosq; adeo ipsos devotis precib; commendetis. Clau-
dimus voto Augustini : *Eia dulcisime D E U S , hoc*
michi tecum pactum erit : planè moriar mihi ipsi, ut tu solus
in me vivas : totus intra me filebo, ut tu loquaris in me :
totu[m] quiescam, ut tu solus opereris
in me.

P.P. Rostochii IX. Jan. Anno M.DC.LVII. sub
Sigillo Rectoratus.
Conveniendum in Æde Jacobæa
hora prima..





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743539X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743539X/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743539X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743539X/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn77743539X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn77743539X/phys_0016)



ma venienti denarium promisit.
 septimam, nemo tibi promisit.
 re vocantem te, certus de mercede
 ne forte, quod tibi ille daturus est pa-
 ras differendo. Idem alibi: Ne-
 ni tantum securi existimemus, ut
 mus, neque dicamus, donec viget at-
 päsentias exercemus; Et postremo
 nostrorum penitentiam agamus, p-
 rec ultra facinorum nostrorum re-
 fo taliter cogitemus, quia summa es-
 cum Empium sit, talam licentiam
 piam velle, cuius initium est nos
 quam, talia ne cogitemus, cum ne-
 turi sumus. Nemo enim novit
 omnes in senectute moriuntur, sed
 hoc mundo migrant. Et in quibus
 mo inventus fuerit, in iisdem judic-
 exierit de corpore. Ideo festinemus
 verti. Semper ante oculos nostro
 Et cum diluculo surrexerimus,
 damus nos per venire: Et cum intro-
 mus, de lucis ne confidamus adven-
 rimus corpus nostrum à vitiis Et
 re. Corvi vox est CRAS C
 Exod. II X. 10. Israëlitæ olim agricul-
 nentes atque ad iter accincti edel-
 nihil inde crastino diei relinque



the scale towards document

vivas usque ad
 differs audi-
 e die? Vide,
 tu tibi aufse-
 ordia Domini-
 cata augea-
 ernis concu-
 emalorum
 Et Dominus,
 Ne qua-
 ec cogitare;
 lularare quem-
 Deo: ideo, in-
 va die mori-
 sui. Non
 etatibus de-
 usq; visq; ho-
 ando anima
 tentiam con-
 ultimus dies:
 teram confi-
 tra depolucri.
 acilime poten-
 ius refræna-
 Pharaonis
 alei festi-
 que totum,
 & nos in re-
 gno

image engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.